

1502.

559
Ca Arch: Metrics M. D. LXXII

Legatio Maiestatis Regni
Poloniae, ad Magistrum Li:
vonia, Domino Nicolao Jor:
ski Secretario commissa 1502.
Craovia

79

Magestas Regia remittendo
Magnificentie Vestre nuntium
intimaverat ad Magnificentiam
Vestram miseram se su:
um Oratorem, qui singula intimata
et renuntiata Magnificentie
Vestre latius atque appertius
Sacre Maiestatis nomine recen:
seret Magnificentiamque Ve:
stram firmaret in fide initorum
Federum et factarum cum Maiē:
state Regia mutuarum in scri:
ptionum de quibus veluti ex lega:
tione apud Maiestatem Regiam
nuper habita conici poterat Ma:
gnificentia Vestra quoddam mo:
do visa est Dubitare.

Misit me Sacra Magestas
ad



ad Magnificentiam Vestram et
imprimis eidem cognitum facit
consertas inscriptiones, et semel
inita fœdera cum Magnificentia
Vestra non tantum integrè et sin-
ceriter in singulis eorum contentis
Articulis et conditionibus servare
velle, verum etiam omne studi-
um et sollicitudinem eo contendit
se, ut firmiora solictioraque
ad communem utriusque utilitatem
hostilem vero perniciem eis que
ad belli exitum perseverent, que
madmodum in nichilo eis adhuc
derogatum esse constat, sicut
Magnificentia vestra in Legatio-
ne sua conata est suspicari,
ad quam suspensionem fortassis
induxit Magnificentiam Vestram,
longior sacre Maiestatis, a ter-
ris magni Ducatus Lithuanie
Evagatio.

Cum autem communi prelocto
rum



rum et Baronum et Procerum
 Regni Poloniae consensu Sacra Maestas
 ad paternum Regale solium evocata
 fuerit. Non licuerat Maesti suae
 tantum Dei munus et vocationem
 aspernari, oblataeque occasione
 augendorum adversus commune
 hostem auxiliorum negligere, un-
 de suscepto Sacra Maestas Re-
 gio diademate mox nit accuratus
 agebat, nihil tam solliciti cura-
 bat, quam ut cepto cum Magni-
 ficentia Vestra sociati adversus
 Ducem Moskoviae bello ampliores
 vires et auxilia accederet, ad quod
 prosequendum Sacra Maestas
 totam se composuit, componitque
 preparationes necessarias faciendis,
 et iam univit Magnum Duca-
 tum Lithuaniae cum Regno. Rede-
 gitque in unum corpus, quati-
 nus amplioribus auxilijs et viri-
 bus


bus


bus hostis aggredi simul et con:
cuti posuit.

Sed et Tartaros, Tanarta:
nos cum Imperatore a Sedibus
ipsorum exiit, quos in terris
Lithuanie Sacra Maiestas
breuiter se comprouocato cum toto
exercitu proprijs sumptibus et
impensis alit, iacentq; campestra:
liter parati opportunitate
debita temporis Mosouie Duci
bellum inferre, et illam usque
ad finem prosequi.


Quod autem Nuntius Ma:
gnificentie Vestre commemo:
rauit apud Sacram maiesta:
tem veluti ad injuriam reuo:
cans, quomodo Magnificentia
Vestra spe et fiducia confecto:
rum faderum sustem aggressa
fuisset, et terras ipsius cum co:
pijs intrasset, sociali exercitu

Serenitatis




Serenitatis Regiae iuxta Conven-
 ta nusquam comparante, et exinde
 Magnificentiam Vestram ad ma-
 gna Dampna et incommoda indu-
 ctam propter Stipendia militis mer-
 cenarij, per quem terra Magnificen-
 tiae Vestrae destruitur, et an etiam
 ocioso pendere oportet, sed revera
 Sacra Maiestatis exercitus nullo
 pacto propter graves inundationes
 eo locorum quo conventum fuit, perve-
 nire poterat, Nihilominus tamen
 Maiestas Regia immo maximam
 fuit impensam tam numerosum
 Tartarorum servando exercitum,
 et reliquas in confinibus militum
 copias.

Retulit etiam Nuntius Magni-
 ficentiae Vestrae Inscriptio nibus
 contineri confederatos in hostem
 personaliter proficisci debere, quod

Sacra


Sua Maiestas ita esse fatetur,
compositisque et stabilitis in Re:
gno negotijs, que in his regnandi
initijs plurima difficillima et ma:
gni momenti se obtulerunt, non
tardabit sua maiestas, quanto
festinantius in Domini Magni
Ducatus Lithuania redire, et
ea illis locis propria in persona
comparatis auxilijs instructisque
suis et socialibus copijs ad de:
bellandum et expugnandum ho:
Item maiestas sua progredietur
satisfactura Deo adjuvante inito
Fœderi et mutuis inscriptionibus.

Interea vero ubi hostis in ter:
ris Magnificentie Vestre excursio:
nes predando exerceret. Commisit
sua Maiestas Capitarum suarum
prefectis, qui in unfinibus agunt,

et


et iuxta Inscriptiones, ipsi etiam
in terris hostis populationes exercent,
ant, praeda agant, et neque ab
incendijs aut aliquo, quod hosti
molestiam inferret, abstineant, ut
intelligat Magnificentia vestra
Sacra Maiestati singulari cura
esse, ut fœdera et inscriptiones
utrinquē seruentur.

Handwritten text in a cursive script, likely a Latin document. The text is faint and difficult to read, but appears to be a formal or legal document. It contains several lines of text, possibly including a title or heading at the top, followed by several paragraphs of text. The script is dense and characteristic of the late 15th or early 16th century.

Continens...
re Manifeste...
re pedant...
dina...
profecto...

Handwritten signature or initials at the bottom right of the page.